ra vsufructur. Post mortem vero et de hac Luce decessum eius dem mariti sui, ex tunc bona supradicta morte eiusdem consortis derelinquen ad successores suos sine quovis impedimento et contradictione successionem mariti sui ta taliter et plenarie devolventur, Ita suis ptorum partibus Recognitionem ad praemissa mediante.

Iidem Krasnopolskie Coniuges Siemiądkowskim Coniugibus scriptum Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Praemislien Gnosi Ioannes Krasnopolski et Helisabetha Szachnowiczowna Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et compeden recedendo, praesentiquo Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generatim omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim sub pro Interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Consors cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et vtroneo ad infrascripta recognoscenda consensu se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarum quibusuis habitis et haben inscribunt et obligant praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscentes in rem et manus Gnosorum Victorini Siemiądkowski et Magdalenae Krasnopolska Coniugum legitimorum, ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu illius hic Praemisliae die hodierna in actu contenta confecto, conscripto

scripto, datum manibus sui Recognoscen[tes] proprijs subscripto in omnibus et singulis, eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis clausulis, articulis, vadiis, Ligamentis, ac nexibus in vniversum omnibusq[ue] eisdem Gen[eros]is Siemigłowskim Coniugibus ipsorumq[ue] posteris firmiter tenere complere exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq[ue] et singulis, eiusdem scripti Manualis contentis tam in toto quam in qualibet minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptumq[ue] praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo. Sub[ieceru]nt sub Vadio Octingentor[um] florenorum polonicalium per eosdem Recognoscentes vel eorum successores supramemoratis Gen[eros]is Siemigłowskim Coniugibus vel eorum posteris, ob non completionem Contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluend[um] succumbendi. Eo quoq[ue] vadio modo praemisso ad soluend[um] succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem manualis non completa complenda Citati existentes praefati Recognoscentes Gen[eros]i Joannes Krasnopolski et Helisabetha Krasnowiżowna Coniuges legitimi siue eius successores, ad Instan[ti]am praefatorum Gen[er]osorum Victorini Siemigłowski et Magdalenae Krasnopolska Coniugum legitimorum vel eorum Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitan[eale] Premisliens[e], ex tunc recepta superscripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, Vadium praestactum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, se ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes factis eiusdem Terminos, semper peremptorios,

vera

vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatio ne citra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad curatorem, vel alijs quibusuis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem Ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemislien. terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, Iuris alijs Iuris, praescriptione terrestri bello, Conuentione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquouis euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

X

Vigore Laudi Feria Quarta

19/VI 1669

pridie Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Millesimo 6. 6. 9.

Iaworski Conti Reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Basilius Iaworski Perlowicz sanus mente et corpore existens, a terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen. recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis quibuscunque omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Marinae Iaworskie olim Nobilis Basilij Iaworski Kosakowicz cum Nobili Anna Brozniowska consorte eius Legitime procreatae filiae suae vero Recognoscenti Conti legitimae eiusque posteris summam